



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Horæ Canonicæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

HOMICIDIUM.

Vide verbo *Dispensatio.*



HORÆ CANONICÆ.

§. 1.

Facultas postponendi Officium Missæ.



Offunt Nostri, ex facultate Præpositi Generalis, aut eius, quem ipse ad id substituerit, sinè scrupulo Officium Divinum Missæ postponere justis de causis, super quo conscientia licentiam impertientis oneratur. Julius III. p. 22.

Vide V. *Officia.* §. 2.

§. 2.

Quando tempus Officii præveniri possit.

Ratione itineris, aut alterius occupationis, quando creditur, quòd majori cum devotione dicetur Divinum Officium, potest illud à Nostri recitari manè totum usque ad Completorium inclusivè. Habetur ex Bulla Clem. VII. pro Clericis Regularibus data 7. Martii. 1533. Incipit : *Dudum pro parte vestra* : est 38. in Bull. conam.

comm. in §. 2. & V. V. O. Pii V. pro Minoribus: inter oracula hujus Pontificis in Bull. Regul. in n. 2. & 17.

§. 3.

Ante solis occasum.

Potest à Nostriſ absque ullo scrupulo matutinum Officium ante solis occasum recitari. Habetur ex documentis, proxime citatis.

§. 4.

Defectus quomodo supplendi.

Quando aliquid Divini Officii (non tamen ex dolo) omittitur, possunt Nostri illud supplere dicendo psalmum aliquem, aut orationem Dominicam, aut Salutationem Angelicam. Innocent: VIII. Minor. V. V. O. Habetur inter V. V. Oracula hujus Pont. in Bull. Regul. n. 5. & in Comp. Minor. V. *Officium Divinum.* 2. in n. 3. ubi asseritur, Alexandri VI. Oraculo confirmatum.

§. 5.

Quomodo defectus supplendi in horis recitandis.

Nostri in foro conscientiae dicendo Horas & alia Officia Divina, satisfaciunt praecipuo cap. *Dolentes.* de celebrat. Miss. de dicendo studiosè pariter & devotè, etiam si propter aliquam fatigationem, vel
aliam

pro Mi-
ficis in
crupulo
ccasum
proxi-
non ta-
Nostri
quem,
lutati-
Minor.
la hu-
Comp.
n. 3.
o con-
oris
o Ho-
præ-
Miss.
, eti-
, vel
aliam

aliam causam dicant sedendo, aut deambulando, vel non integre proferendo verba, prout sunt scripta, propter negligentiam, aut imperitiam, vel malam prolationem naturalem, propter defectum linguæ; seu aliàs qualitercumque ore imperfecto dicant, aut cum mentis distractione, & sensuum vagatione, dum tamen non ex malitia hoc faciant. Et quòd qui cum talibus malè proferentibus, vel alios supradictos defectus facientibus, dicunt Officium, non teneantur recitare ab aliis imperfectè dicta, aut ab eis non integre audita propter distantiam localem, vel strepitum, seu aliam causam: sed satisfaciant præcepto Ecclesiæ qualitercumque audiendo, quæ aliè debent dicere. Concessit Leo X. Minor. V. V. O. quod litteris æquivalere voluit Pontifex: ut ex Bull. Reg. inter Oracula hujus Pontificis in n. 8.

*§. 6.**Non tenentur in choro recitare.*

Non tenentur Nostri dicere horas Canonicas in choro. Paulus III. Julius III. & Gregorius XIII. pag. 3. 19. & 43.

Quam Indulgentiam consequantur Nostri recitantes divinum Officium ex libro, Vide infra verbo *Indulgentia*. §. 18. Vide etiam, quæ habentur verbo *Interdictum*. §. 7. & verbo *Infirmi*.

JEJU-